Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



186

randū pauperibus & peregrinis. Nec discredendū est illū ueraciter
dicere potuisse qd̄ paulū dixisse legimus. Ipsi scitis quō ad ea q̄
m̄ opus erant. & his qui mecū sūt ministrauerūt manus iste. Oīa
ostendi uobis. quia sic laborantes oportet suscipe infirmos
ac meminisse uerbi dn̄i sicut dixit. beatius ē magis dare q̄
accipere. Cooperatores autē eos dicit ueritatis. quia qui spālia
dona habentib; temporalia subsidia tribuit. in ipsis donis
spālibus cooperator existit. Nam cū pauci sint q̄ spālia dona
perceperunt. & multi qui in reb⁹ habundant p hoc se diuites
uirtutib⁹ pauperū inserunt dū eisdē scīs pauperibus de suis
diuitiis solaciant. Hinc & enī dn̄s ait. Qui recipit pphām ī
nomine pphe. mercedem pphe accipiet. Et qui recipit iustū
in nomine iusti. mercedē iusti accipiet. Scripsissem forsitan
eccle. sed is qui amat p̄matū gerere in eis diotrepes non recipit
nos. Diotrepes ut uidet erat heresiarcha temporis illi⁹ aliquis
superbus & insolens. malens noua docendo p̄matū sibi usur-
pare scientie. quā antiq̄s scē eccle que iohannes p̄dicabat hu-
militer auscultare mandatis. Vnde bene diotrepes speciosis
insulsus. siue decor insaniens interp̄tat̄ ut p̄fidiā cordis
& iā nomine signet. Propter hoc si uenero cōmoneā opa ei⁹ idē
in omniū noticiā manifesti⁹ arguendo p̄ducā. iuxta illud apli
pauli. Quid uultis. In uirga ueniā ad uos. Que facit uerbis
malignis garriens in nos. Notandū qd̄ linguas detrahentiū
sicut nr̄o uicio n̄ debem⁹ excitare ne ipsi pereant. ita p suā ma-
liciā excitatas debem⁹ equanimiter tolerare ut nobis meri-
tū crescat. aliq̄ndo autē & iā cōpescere. ne dū de nobis mala
disseminant. eor; qui audire nos ad bona poterant corda